

quam praedoni, in specie quoque de fructibus idem scribat: f) in bonae fidei possessore hi tantum veniunt in restituzione, quasi augmenta hereditatis, per quos locupletior factus est, hisque conuenienter M. AELIUS ANTON. g) constituat, fructus bonae fidei possessores reddere eogendos non esse, nisi ex his locupletiores extiterint, quo iure, aut qua iuris specie ab his generalibus iuris dispositionibus fructus consumtos excipere quis poterit? De praedone certe non dubitandum erit, quin teneatur restituere etiam consumtos fructus, h) sed quod ad lucrum attinet, PAVLO auctore, vidimus, non esse bonae fidei possessoris meliorem conditionem, quam praedonis. Rationi autem repugnare putat vir doctus, bonae fidei possessorem posse quidem res hereditarias dilapidare, perdere, donare, i) non autem fructus hereditatis in suam utilitatem consumere. Ego vero non video, quae inter haec pugna sit. Sane enim ex eo, quod quis dilapidat, perdit, donat, locupletior non fit, sicuti potest ex eo fieri, quod in utilitatem suam ^{umtare} ~~concepit~~, & quod in ipsis rebus hereditariis communum est, ut de iis, quas dilapidauit, perdit, donauit bonae fidei possessor, non teneretur, id ipsum etiam in fructibus valebit, ne in totum damno afficiatur. Neque sane, si ingenue dicendum est, quid sentiam, video aut perspicio, quid suae sententiae auxiliū

F 2

lium

f) in c. L. 40. §. I. D. d. t.

h) quod manifeste dicit PAVLO in L. 41. §. I. D. de hered. petit,

g) in L. I. C. d. t.

i) secundum L. 25. §. II. D. d. t.